



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 59. Joannes Capistranus in Germaniam a Papa prædicatum missus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

**Sæcul. XV.** & discrimina inter Catholicos, ac Hussitas spectantibus. Visum est Æneæ, Po-

A.C. 1451.

diebracium viam concordiae & unitatis Ecclesiæ Romanæ minime aspernari; verum studiose quamdam simulatae Religio-  
nis speciem induit ambitiosus ille Regni Moderator, ut eo securius coronam Bo-  
miæ occupare valeret, quam in pace se-  
se tueri haud posse optime noverat, nisi  
ad Ecclesiæ sinum rediret. Eodem quo-  
que fictæ religionis zelo postmodum to-  
tam Taboritarum sectam exterminavit.

Sæpe Æneas etiam collocutus fue-  
rat cum Doctoribus Taboritarum de au-  
toritate, & infallibilitate Ecclesiæ; pa-  
ruin tamen profecit apud eos, ut potius  
omnem spem populi hujus non barbari  
minus, quam rudis Ecclesiæ reconcilian-  
di abjecerit. Narrat Cœchlæus, quod  
eodem tempore immaniter sæviente ibi-  
dem pestilentia, cum Catholici morbo  
correpti venerabile Sacramentum Corpo-  
ris Christi sibi ministrari efflagitarent,  
per Sacerdotes Hussitas compulsi fuerint  
ad communionem sub utraque specie, re-  
luctantibus vero sepultura Ecclesiastica  
fuerit denegata.

### §. LIX.

*Joannes Capristanus in Germaniam  
a Papa prædicatum missus.*

**S**ub idem tempus missus est in Germa-  
niam

*Cochl. hist.  
Hussit. i. 10.*

niam a Nicolao Papa Joannes de Capi- Sæcul. XV.  
strano FF. Minorum Religiosus, hæreti- A.C. 1451.  
corum conversioni operam navaturus. Æn. Sylv.  
Erat olim S. Bernardini Senensis discipu-  
lus, & Magistri sui vestigiis insistens to-  
tum se Dei Verbo prædicando dedit. Au-  
tor itidem ferme præcipuus extiterat  
belli Sacri aduersus Fraticellos instituti,  
qui suos errores per totam Campaniam  
Romanam, & Marchiam Anconitanam  
spargebant, ex quibns triginta sex ad ro-  
gum fuere damnati. Excipiebatur e. Mithov. l. 4.  
tiam in Germania summo cum applausu, 6. 59.  
festivisque acclamationibus ut Sedis A-  
postolicæ Nuncius; & Casimirus Pole-  
niæ Rex summis precibus Virum ad se  
pro reducendis Lithuanis a Græcorum  
schismate, quo implicabantur, accerse-  
bat. Zelo Missionis inflammatus, ipsam  
quoque peragravit Moraviam, ubi ma-  
gnam Husitarum copiam ad orthodoxam  
fidem reduxit. Ast Rochisana, qui, A-  
postolicis licet destitutus literis, Pragen-  
sem Archiepiscopum agebat, varias eum  
criminandi occasionses aucupatus est; ve-  
rebatur enim, ne sectarii sui omnes per  
Capistranum ad sinum Ecclesiæ revoca-  
rentur, eoquod jamjam quatuor millia &  
amplius ad veram fidem rediissent.